
Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod domnus H. abbas
cluniacensis ad sanctum blasium ueniens honorifice a domno W. abbate
eiusdem loci et toto conuentu susceptus est et honorificentius
tractatus est. Unde propter caritatem et ordinis obseruantiam quam ibi
inuenit placuit ipsi et abbati et fratribus eiusdem loci ut fraternitatem sibi
inuicem darent et confirmarent. Ita inter eos statutum et confirmatum est
ut conuentus sancti blasii tantum faciat pro fratribus defunctis cluniacensibus
quantum pro suis. Similiter et fratres cluniacenses idipsum facient pro de-
functis fratribus sancti blasii. excepta prebenda. Fruuntur autem in omnibus locis
cluniacensis ecclesie ad quecumque uenerint fratres sancti blasii in choro in capitulo
in refectorio in ordine suo. Similiter et fratres cluniacenses in monasteriis sancti
blasii secundum ordinem suum. Et ut ista constitutio illibata semper permaneat
in scripto est redacta et sigillo domni H. confirmata.

zu Beilage 3

Bad. Generallandesarchiv Karlsruhe, Selekt d. älteren Urkunden C 5
Original Größe 31,2 × 23,6 cm